XXXVI.

P. P. Vergerio a Donato Compostelli [a] [1].

[B, c. 65 B; P, c. 53].

Padova, 20 novembre 1391.

Si rallegra che Donato sia tornato sano e salvo dal lungo viaggio.

Gaudeo te sospitem rediisse, vir insignis et amice optime, et de longinquo redditum patrie, iam posse nobis abundanter et presentie et litterarum copiam facere. anxius enim et sollicitus de te per hos dies fueram, cum, subita urgente causa, discessisse precipitanter et credidisse te hiberno [b] mari cognovissem, cuius pericula partim expertus, partim ⟨ex⟩ expertis coniciens, non timere pro amico non poteram. nunc certus [c] reditus tui per eum quo dignus es patre quique te dignus est filio, sollicitudinem hanc abieci et cepi de nobis meliora proponere. parum invicem absumus: nil difficile quin quotidie frequens nuntius alterius ad alterum litteras deferat, que continuum et animi [d] et rerum statum indicent, que communia studia excitent, queque in meliores semper vite et doctrine rationes adhortentur. nunc igitur, quoniam rediisti, fac ut id per litteras tuas cognoscam. vale. Padue, .xx. novembris 1391.

L'ha saputo dal padre;

ne desidera più ampie notizie da lui stesso.

(a) *B* P. P. V. Donato de Compostellis *P* Eiusdem ad Donatum de Compostellis Venetum (b) *Codd.* in verno *Combi corresse* hiberno (c) *P* nec certus (d) *P* continuum animi

(1) Di Donato Compostelli, « Venetiarum civis et notarius », l'Archivio di Stato in Venezia conserva protocolli in due quaderni che vanno dal 1382 al 1430. Il Degli Agostini, op. cit., I, p. 314, lo dice forse fratello di Piero, « segretario veneziano, mandato presso « il principe di Taranto per regolare « la questione di Corfù ». Però ser Piero Compostelli, il medico Guglielmo da Ravenna (cf. l'epist. LVIII) e Francesco da Brossano erano esecutori del testamento di Donato degli Albanzani, redatto il 22 ottobre 1371 (Bertanza e Dalla Santa, op. cit., I, p. 118), e quindi Donato Compostelli sembra essere stato parecchio più giovane di Piero. Donato è menzionato quale compratore d'un « psalustio » alla vendita di libri che ebbe luogo a Venezia il 30 settembre, 1380 (vedi la nota 2 all'epist. XXX, p. 61). Del viaggio che aveva compiuto nel novembre del 1391 non si ha alcuna notizia.